

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Qui modeste alloquitur proximum,
gratum accipit responsum; et quasi de uberibus
in quibus lac querebat, butirum exprimit.
Sed qui incepto uerbo rixam et discordiam
ex fraterno corde prouocat,
quasi ultra modum emungens sanguinem elicit.

Glossa Ieronymi super illud Prouerbii XXIX.:
Qui uehementer emungit, elicit sanguinem;
et qui prouocat iras, producit discordias.

Discordia h
cum fontibus proximo et primo

Et qui prouocat producit.

Quid prior parabola ad litteram significet aperit, quia
qui modeste proximum allocutus,
gratum accipit responsum, quasi de vberibus
in quibus lac querebat: butirum exprimit.
At qui inepto verbo iram discordiamque
fraterno ex corde prouocat,
quasi vltra modum emungens vbera: elicit sanguinem.

Glossa ordinaria, liber prouerbiorum, 30 (Biblia Latina
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Quid praecedente parabola iuxta litteram significaret aperit
quia modesto sermone proximum allocutus
gratum accipit responsum quasi de uberibus
in quibus lac quaerebat butyrum exprimit.
At qui inepto uerbo iram discordiamque
fraterno ex corde prouocat
quasi ultra modum emungens ubera sanguinem
pro lacte repperit.

Beda Venerabilis, *In Prouerbia Salomonis libri III.*, 3.30
(CCSL 119B, D. Hurst & J.E. Hudson eds., pp.147-8,
ll.263-268).